



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

V. Wilhelm, Graf von Holland, bestätigt der Abtei Rheinsberg die von
seiner Schwester, der Markgräfin Ada, verkauften zwei Hufe Landes zu
Poel, im Jahre 1205.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

IV. *Ada, Markgräfin von Brandenburg, verkauft der Abtei Rheinsburg in Holland zwei Hufen Landes zu Poel, im Jahre 1205.*

Omnibus sancte matris Ecclesie filiis, clericis et Laicis, presentibus et futuris, Ada, Dei gratia Marchionissa de Brandeburch, salutem. Noverit universitas vestra, me, voluntate et assensu Wilhelmi Comitis et Florentii, fratrum meorum, et Ade Comitisse, matris mee, et Ade, neptis mee, vendidisse Ecclesie sancte Marie de Rinesburg, et Agnete Abbatisse, et ejusdem loci conventui, duas hovas terre in Pole, mihi jure hereditatis pertinentes, in perpetuum habendas et possidendas jure perpetuo liberas et quietas ab omni servitio et consuetudine et exactione, mihi et heredibus meis pertinente, ita libere, quiete et honorifice, sicut aliqua conventualis ecclesia terram aliquam liberius, quietius et honorificentius tenet et possidet. Hec venditio facta est anno incarnationis Domini MCCV. his testibus Wilhelmo de Teylinge et Theodrico fratre ejus, Arnolde de Rifwic et fratre ejus Henrico, Gifelberto de Tilburg, Philippo de Wafnare et filio ejus Theodrico, Hugone de Nortge, Florentio de Soetrewold, Theodrico de Delf et fratre ejus Arnolde, Huberto de Kerecwerf. Vt autem hec venditio, concessio et confirmatio in perpetuum rata habeatur et inconcussa permaneat, presentem confirmationem sigilli nostri impressione roboravimus.

Nach Marci Zuerii Boxhornii Theatr. Hollandiae S. 161 mit Berücksichtigung der von Kluit in dessen Histor. critica comitatus Hollandiae et Zelandiae T. II, P. II, p. 285 angemerkten Emendationen.

V. *Wilhelm, Graf von Holland, bestätigt der Abtei Rheinsburg die von seiner Schwester, der Markgräfin Ada, verkauften zwei Hufen Landes zu Poel, im Jahre 1205.*

Omnibus sancte Matris ecclesie filiis, clericis et laicis, presentibus et futuris Willelmus, dei gratia Comes Hollandie, salutem. Noverit universitas uestra, me concessisse et hac mea carta confirmasse deo et ecclesie sancte Marie de Rinesburg et Agnete abbatisse et conuentui ejusdem loci et successoribus suis duas hovas terre in pole, quas Ada Marchionissa de brandeburg, soror mea, illis vendidit, que ei jure hereditatis contingebant, in perpetuum habendas et possidendas jure perpetuo, liberas et quietas ab omni servitio et consuetudine et exactione, mihi et heredibus meis pertinente, ita libere, quiete et honorifice, sicut aliqua conventualis ecclesia terram aliquam liberius, quietius et honorificentius tenet et possidet. Hec concessio et confirmatio facta est Anno Incarnationis domini M. CC. V. his testibus Willelmo de Teyling et fratre eius Theoderico, Arnolde de Rifwic et fratre eius Heinrico, Gifelberto de Tylburg, Philippo de Wafnare et filio eius Theoderico, Hugone de Nortge, Florentio de Soterwold, Theoderico de delf et fratre eius Arnolde, Huberto de Kerecwerf. Vt autem hec venditio et concessio et confirmatio in perpetuum rata habeatur et inconcussa permaneat, presentem confirmationem Ego et Ada, mater mea, et Florentius, frater meus, sigillis nostris roboravimus.

Nach Adriani Kluit Cod. diplomat. ad Histor. critic. comitatus Hollandiae et Zeelandiae Tom. II, Part. I, p. 286—289. — Diese Urkunde ist darnach auch in Gercken's Cod. dipl. Brand. VIII, 386 aufgenommen.